corporeaꝝ: sed diuisione operationis medicine: que cum eã sciuerim⁹: auxiliabitur nobis ad inquirendum sciẽtiã vel sententiã: ⁊ ipa scientia erit ĩ q̃litate opatiõis. Sicut dr̃ in medicina ꝙ apostematib⁹ calidis adhibẽda sunt ĩ pricipio q̃ repellãt ⁊ infrigidẽt ⁊ inspissẽt: ⁊ postea r̄pellẽtia cũ resoluẽtib⁹ tẽperabim⁹. Et post stati. Post ea in declinatione: sufficienter mollificãtia resoluẽtia. Preter q̃͂ in apostematib⁹ q̃ sunt d̃ materijs q̃s mẽbra expellũt principalia. Hec igit̃ doctrina ĩ sententia tibi auxiliat̃. Et hec sentẽtia est d̃claratio quãtitatꝫ operationis. ¶ Cũq͂ duaꝝ diuisionũ q̃litatẽ sciueris iã sciẽtiã sciẽtialẽ ⁊ sciẽtiã opatiuã adept⁹ eris ⁊ si nũq͂ opat⁹ fuerꝭ. ¶ Neq͂ ẽt aliq̃s dispositiões corporꝫ hũani sũt tres egritudo: sanitas ⁊ dispõ: q̃ neq͂ est sanitas: neq͂ egritudo cũ tibi due suffecerit. possibile nãq͂ ẽ vt cũ hmõi dictor bñ ꝯsiderauerit nõ ĩueniat vnã duaꝝ reꝝ affirmãtem hãc trinitatẽ neq͂ negãtẽ. Ampli⁹ si hꝫ trinitas necessaria fuerit: qđ dixim⁹ tibi remoueri a sanitate colliget ĩfirmitatẽ et dispõnẽ t̃tiã: quã nõ habere sanitatis diffinitionẽ posuerũt q̃ est habit⁹ aut dispõ ex q̃ opatiões subiecti ipsi⁹ sane prouenĩũt. Neq͂ hui⁹ diffinitiõis oppositũ: nisi sanitatẽ diffinierit queadmodũ ꝯsiderauerit ⁊ posuerit ĩ ea ꝯditionẽ q̃ nõ indiget. ¶ Preterea cũ medicis in hoc nõ litigem⁹. Neq͂ em̃ sum q̃ cũ eis ĩ huiusmodi disputare debeam. Neq͂ litigiũ hoc eis neq͂ illis q̃ contra eos sunt in medicina auxiliabitur. Huius enim rei certitudo alterius doctrine pncipis pertinet.

¶ De subiectis medicie. Ca. ii.

Quoniã medicina corp⁹ humanũ ex pte vnde sanat̃ ⁊ a sanitate remouet̃ considerat: ⁊ cuiusq͂ reĳ sciẽtia ñ acq̃rit̃ neq͂ cõpletur cũ causas habuerit: nisi p suas cãs sciat̃: ergo debem⁹ in medicĩa scire sanitatis ⁊ egritudinis causas. ¶ Et q: sanitas ⁊ egritudo ⁊ earum cause plerũq͂ sunt manifeste: plerũq͂ occulte que nõ sensu neq͂ nisi p significatiões accidẽtiũ cõprehendũtur debem⁹ etiã in medicina scire accidẽtia q̃ ĩ sanitate accidũt ⁊ egritudine. ¶ Iã aũt declaratũ fuit in sciẽtis veridicis ꝙ rei sciẽtia nõ acquirit̃ nisi p sciẽtiã causarũ: ⁊ principiorũ ipsius si cãs habuerit ⁊ principia: aut nõ cõpletur nisi ex parte sciẽdi ei⁹ accidẽtia ⁊ ꝯcomitãtia essentialia. ¶ Causaꝝ ꝟo q̃tuor sũt species materiales: efficientes: formales: ⁊ finales. ¶ Cause vero materiales posite ĩ q̃b⁹ sanitas ⁊ egritudo mẽsurant̃ sũt. Subiectũ q̃dẽ ppiquũ: mẽbꝝ: aut spirit⁹: Et subiectũ q̃dẽ longinquũ hũores. Et eis lõgiora sunt elemẽta. Et hec duo sũt subiecta fꝫ ꝯpositionẽ lꝫ sint cũ alteratiõe. ¶ In cuiusq͂ aũt rei cõpositiõe ⁊ alteratiõe q̃ sic componit̃ ad aliquã hmõi puenit̃ vnitatẽ: ⁊ hec vnitas ad quã hmõi reuertit̃ mltitudo: aut ẽ ꝯplexio: aut forma cõplexio ꝟo est fm alterationeꝫ ⁊ forma fꝫ ꝯpositionẽ. ¶ Efficiẽtes aũt cause sũt cã ꝑmutãtes ⁊ conseruantes humani corporis dispositiones: sicut sunt aeres ⁊ que eis continuantur. Et come-

stiones et aque pot' et q̄ eis continuāt. Et euacuatio: et retētio. Et regiões et ciuitates: et loca habitabilia: et q̄ eis ɔtinuāt: et mot' et qetes et corporei aiales: et ex eis sūt somn' et vigilie. Et alteratio i etatib' et diuersitasi eis: et i gnīb': et in artib': et in morib' et in reb' q̄ in humano superueniūt corpore ipm tāgentib': siue sint ɔ naturā: siue non sint ɔ naturā. ¶ Formales vero cause sunt cōplexiones et ɔtutes q̄ post eas eueniūt et cōpositiões. ¶ Cause aūt finales sunt opationes. Et in sciētia quidē opationū est sciētia virtutū pculdubio et sciētia spirituū q̄ sunt virtutū subiecta: queadmodū nos declarabim'. ¶ Hec ḡ sunt subiecta doctrine medicinalis vñ aliqs inquirit de corpe hūano qūo sanat aut infirmat. ¶ Hui' aūt inquisitionis pfectionē scȝ vt sanitas cōseruet et egritudo remoueatur opȝ etiā hre partes ŝm istaꝝ duaꝝ dispositionū et suoꝝ instrumentorū causas. ¶ Et huiusmodi quidē cā est regimē cum comestiõe et potu. Et electio aeris. Et mēsura motus et quietis Et medicatio cum medicina. Et medicatio manualis. ¶ Hoc autē totum apud medicos est ŝm tres spēs: sanoꝝ et egrorū: et mediorū quos mō nominauimus: et dicem' qūo inter duas diuisiones inter quas pculdūbio nō mediū media vocentur. ¶ Et postq̄ iam diuiserimus has demōstrationes: tūc iā collectū est nobis q medicina tractat de elemētis: et cōplexionibus et humorib': et mēbris simplicib' et cōpositis: et spiritibus et virtutib' eoꝝ naturalib' et animalib': et vitalib': et operationib': et dispositionib' corporis. s. sanitate: et egritudine: et medio: et causis earū: scȝ comestiõe et potu: et aerib': et aqs: et regionib': et motib': et quietibus corporis: et animalibus: et etatib': et generib' et extrinsec' accidētibus q̄ corpori eueniūt ex rebus extraneis et regimine cū comestionib' et potib': et medicinis: et manuū opationibus ad sanitatē cōseruandā et vnāquāqꝫ egritudinē medicādam. ¶ Harū vero rerū qdaȝ sunt de qb' medico nihil aliud est agēduȝ nisi vt qd sint tm̄ essentiali formatione informet: et vtrum sint vel nō sint doctori sapiētie physicalis credat. ¶ Et earum sunt de qb' in sua arte rōcinari debet. ¶ Que ergo earū sunt sicut pncipia vtrū sint vel nō sint credere dȝ. Scientiarū nāqꝫ pticulariū pncipia credita recipiūtur et in aliis scientiis que ŝm ordinē sunt ante eas ratiocināturː et ita fit donec sciētiaꝝ oim principia ad phiam primā que methaphysica nūcupat eleuentur. ¶ Cūqꝫ aliquis medicorū loq̄ iceperit et affirmare elemēta et cōplexionē et q̄ ista sequunt ex eis: q̄ scientie naturali subiecta existūt aggress' fuerit: errabit ideo q in scia medicine mittit qd ei' nō est: et errabit qꝛ se aliqd declarasse existimabit cū nihil declarauerit. ¶ Ei' vero de quo medic' formare dȝ qd sit: et vtrū sit vl nō sit cui' eē nō ē manifestū credere hec est summa. ¶ Elemēta an sint: et quot sint et qūo sint: et que sint. Et cōplexiones q̄ sint: et quot sint. Et humores an sint: et q̄t sint: et qūo sint.

Et ꝟtutes: vtrū sint: ꝛ q̄t sint. Et spūs vtrū sint: ꝛ quot sint: et vbi Et queq̄ mutatio habet dispositione ꝛ eius mora habet causam. Et cause quot sint Mēbra aūt ꝛ eoꝝ iuuamēta sēsu ꝛ anathomia discernere debet. ¶ Ea aūt de q̄b⁹ formādo ratiocinari debet sunt egritudines ꝛ earꝫ cause particulares ꝛ eaꝝ signa ꝛ q̄lit egritudo remoueat ꝛ sanitas ꝯseruet. Et cuiuscunq̄ earū eē occultū fuerit ad aliud declarādū demōstrationē afferre debet ipsum diuidendo numerando ꝛ cōplēdo. ¶ Galenus nāq̄ cū demonstratiuā argumētationē super diuisionē primaꝫ facere aggressus est n̄ debet aggredi inq̄ꝫtū est medicus sed in q̄ꝫtū est philosophus. ¶ In sciētia enim naturali dꝫ loq̄ sicut alphachi: qui cuꝫ affirmare aggressus fuerit q̄ cōmunitatē se qui debēt nō dꝫ loqui de hoc i q̄ꝫtū est alphachi: sed inq̄ꝫtū ipē ē mutachelin. Medic⁹ eñ iq̄ꝫtū est medic⁹: ꝛ alphachi iq̄ꝫtū ē alphachi: nō p̄t de hoc ratiocinari. Quod si nō: peruenięm⁹ ad circūitionem.

¶ Doctrina secūda.

¶ Doctrina secūda de elemētis cuius est vnū capitulū.

Elemēta sunt corpa ꝛ sunt ptes primi corpis hūani ꝛ alioꝝ q̄ i corpa diuersaꝝ formarū diuidi minime possūt: ex q̄ꝝ cōmixtiōe species diuerse generatoꝝ fiūt. ¶ Medic⁹ āt physico credere dꝫ q̄ sunt quatuor: ꝛ n̄ plura quoꝝ duo sūt leuia: ꝛ duo grauia. leuia sunt ignis ꝛ aer. Grauia terra ꝛ aqua. ¶ Terra ē corp⁹ simplex cui⁹ loc⁹ naturalis in medio toti⁹ existit i quo naturalit manet q̄eta ꝛ ad ipꝫ cū ab eo sepata fuerit naturaliter mouetur. ꝛ hec quidē ei⁹ naturalis grauitas existit. Cuius quidē natura frigida ꝛ sicca. Ipsa eñ talis existit q̄ si dimissa fuerit: neq̄ altera res extriseca eā ꝯuerterit appebit ex ea frigiditas sēsibilis et siccitas. Ei⁹ ꝟo eē i generatis iuuamētū p̄stat ad retētionē faciendā ꝛ fictiōeꝫ ꝛ ad ꝯseruādas figuras ꝛ formas. ¶ Aq̄ aūt ēcorp⁹ simplex cui⁹ nālis loc⁹ ē vt sit circūdās terrā ꝛ circūdata ab aere cū i suis sitib⁹ nālib⁹ p māserit. Et hec q̄dē est ei⁹ grauitas cōparatiua q̄ frigida ē ꝛ hūida. s. ei⁹ natura talis existit q̄ si dimissa fuerit sicut ē neq̄ vlla cā extrinseca ei ꝯria fuerit apparebit ex ea frigiditas sēsibilis ꝛ dispō q̄ est humiditas. Et ipa quidē est eius generatio in creatione sua que reddit eā aptā ad spargendū: ꝛ extendēdū pro qualibꝫ re: q̄ꝫuis sit parca. Et recipit oēꝫ figurā que est sed nō retinet. Cui⁹ eē i gñatis iuuamētū p̄stat ad figurādas formas quas in suis diuisiōib⁹ aliq̄ figurare volūt: ꝛ ad figurādū ꝛ ad lineādū ꝛ ꝑādū. Hūidū ei lꝫ cito formas figurales amittat cito tñ eas recipit. Sic siccū lꝫ eas durit suscipiat durit tñ retiet eas. Cūq̄ hūidū ꝛ siccū se adiuicē ꝑauerit: adipiscet siccū ab hūido vt cito suscipiat tēsionē ꝛ facile figurari possit et acq̄ret hūidū a sicco vt retiat firmit q̄ i eo accidit ex rectificatiōe ꝛ eq̄tiōe. e ppⁱ hūidū ꝓhibet siccū a sua sepatiōe. Et pp siccū ꝓhibet humidū a sua fluxibilitate. ¶ Aer aūt ē corp⁹ sim

plex cui⁹ naturalis loc⁹ est: vt sit sup aquã ꝛ sub igne: hec em̃ est ei⁹ leuitas cõparatiua. Ipsi⁹ em̃ natura calida est ꝛ hũida ſm regulã quã diximus. Cui⁹ q̃dẽ esse i generat͡ʒ iuuat vt ratificent: ꝛ alleuiẽt: ꝛ subtilient: ꝛ ad supiora eleuent. ¶ Ignis ṽo est corpus simplex cui⁹ naturalis loc⁹ sup oẽs elemẽtarias existit partes: q̃ ẽ ꝯcaua celi supficies: ipẽ nãq̧ ad celũ puenit. Et hec q̃dẽ ẽ ei⁹ leuitas absoluta. cui⁹ natura calida est ꝛ sicca. Et ei⁹ esse i generat͡ʒ ꝓstat iuuamẽtũ vt maturet: ꝛ subtiliet: ꝛ pmisceat: ꝛ vt ei⁹ penetratiõe currat p ea substãtia aerea: ꝛ vt duoꝝ elemẽtoꝝ grauium frigidoꝝ purã frigiditatẽ frãgat: ꝛ vt de elemẽtaria ꝓprietate ad cõplexiõalitatẽ redeãt. ¶ Duo aũt grauia pl⁹ iuuãt ad mẽbroꝝ gñatiõnẽ ꝛ eoꝝ q̃etẽ. Et duo leuia pl⁹ iuuãt ad gñatiõe ꝫ spirituũ ꝛ motionẽ eoꝝ: ꝛ ad mouẽda mẽbra: lꝫ motor nõ sit nisi anima. ¶ Hec sunt elemẽta.

¶ Doctrina tertia

¶ Doctrine tertie de complexionibus. Cap. i.

Complexio ẽ q̃litas que ex actione adinuicẽ ꝛ passiõe ꝯtrariarũ qualitatũ in elemẽtis inuentarũ: quoꝝ partes ad tãtam paruitatẽ redacte sũt: vt cuiusq̧ earũ plurimũ ꝯtingat: plurimũ alteri⁹ puenit. ¶ Cum em̃ adinuicẽ agũt ꝛ patiunt̃ suis virtutibus: accidit in eaꝝ sũma q̃litas in toto earũ similis q̃ est cõplexio. ¶ Et q̃m̃ virtutes prime que sũt in elemẽtis ꝓdictis sũt quatuor: caliditas: frigiditas: hũiditas: ꝛ siccitas: tunc manifestũ est ꝙ cõplexiones in corporib⁹ generatis ꝛ corruptis sũt p eas.

¶ Et illud quidẽ est ſm ꝙ oportet per diuisionẽ rationalẽ cum cõsideratiõe absoluta absq̧ ulla cõparatiõe ad rem aliquã. ¶ Et est duob⁹ modis. Quoꝝ vn⁹ est vt sit cõplexio eq̃lis ita vt quãtitates qualitatũ ꝯtrariarũ in cõplexionato sint equales: nõ superãtes: neq̧ superate: ꝛ sit cõplexio qualitas in medio earum vere. ¶ Aliter ṽo modus est: vt nõ sit cõplexio qualitatũ ꝯtrariarũ media absolute: sed ad vnã magis declinet extremitatũ: aut in cõtrarietate que est iter caliditatem ꝛ frigiditatẽ: aut in contrarietate que est iter humiditatẽ et siccitatem: aut inter vtrasq̧. ¶ Quod autẽ in doctrina medicine cõsiderat̃ equale: aut extra equalitatẽ nõ est hoc neq̧ illud. Sed medic⁹ physico credere debet ꝙ equale ſm hanc intẽtiõe ꝫ quam diximus impossibile est aliquo modo iueniri quãto magis vt sit hois cõplexio: aut membri humani. ¶ Debes autẽ scire ꝙ eq̃le de quo medici in suis inq̃sitionib⁹ tractãt non est denominatũ ab equalitate i qua equalitas cum põdere equaliter existit: sed denominat̃ a iustitia in diuisione. Et hoc est ꝙ in cõplexionato in ꝓmisa attẽdit̃: siue sit corp⁹ totũ: siue sit mẽbrũ vnũ vt sit in eo de elemẽtis cũ suis quãtitatibus ꝛ qualitatib⁹ mensura quã humana natura habere dꝫ ſm meliorẽ ꝓportionis ꝛ diuisionis equitatẽ. ¶ Accidit autẽ diuisio cum homo eam habuerit vere equalitati quam primã diximus valde sit propinqua. ¶ Huic ṽo eq̃litati que ſm humana attendit̃ corpora: ꝛ que est in cõparatione alioꝝ que hanc

nō habēt equalitatē: neqȝ hñt ꝓpinquitatem equalitatis quam pri⁹ noiauimus quā hȝ hō: octo consideration ū acciduntmodi. ¶ Aut em̄ erit ſm ſpēm cōparatā ei q̄ ab ea diuersificatur ⁊ est alia ab ea. ¶ Aut ſm ſpēȝ vl' aliter ſm vnā manerię speciei ꝯparatā ei qđ est diuersuȝ ab ea ex eo qđ ē i ea. ¶ Aut erit ſm aliquaȝ ptē speciei cōparatā ei qđ ab ea diuersuȝ existit ⁊ est extra ipaȝ ⁊ in ei⁹ specie. ¶ Aut erit ſȝ ptem speciei ꝯparatā ei qđ diuersum est ab ea ex eo qđ est i ei⁹ pte sue speciei. ¶ Aut erit ſm singularē cōparatū suis dispositōib⁹ q̄ in ipso sunt. ¶ Aut erit ſm mēbrū cōparatū ei qđ ab eo diuersū existit ex eo qđ est extra ipȝ i corpore suo. ¶ Aut erit ſȝ mēbrū ꝯparatū suis dispositionib⁹ i seipso ¶ Pꝛim⁹ mod⁹ est equalitas q̄ i hoie attēdit cōparatione alioꝝ generatoꝝ ⁊ est res magnā habens latitudinem q̄ diffinitione minime pōt cōprehendi: neqȝ ēt qualitercūqȝ cōtingat existit: sȝ inter multitudinē ⁊ paucitateȝ duas obtinet extremitates: ab vna q̄rū cū egressa fuerit: nō poterit eē hūana ꝯplo. ¶ Scđs v̄o mod⁹ medialis q̄ inter duas extremitates hui⁹ late cōplexiōis exñs inueniť in idiuiduo qđ ē i vltimo equalitatis ex specie q̄ ē in fine equalitatis et in etate i q̄ augmētū ad suū ꝑuenit fineȝ. Et hec q̄dē equalitas: lȝ ēt nō sit eq̄litas certa quā in huius capituli pꝛicipio noiauimus eo qđ hanc iueniri nō est possibile: est em̄ ei ꝓpinq̄. Et hic etiā hō eq̄litati nō qualitercūqȝ vicinus existit sȝ ſȝ suoꝝ mēbroꝝ alteratio nē vl' alternationē: calidoꝝ sicut coꝛ: ⁊ frigidoꝝ sicut cerebꝛū ⁊ humidoꝝ velut epar ⁊ siccoꝝ: sicut ossa. ¶ Cū ergo ꝯ̄derabūť ⁊ eq̄būtur erit vicin⁹ equalitati certe. In ꝯsideratiōe v̄o cuiusqȝ mēbri nō nisi vni⁹ qđ est cutis: quēadmodū postea dicem⁹. In cōparatiōe aūt spirituū ⁊ mēbroꝝ pꝛicipalium ipossibile est ipsuȝ huic certe eq̄litati esse ꝓpīquū: sed egrediť ab ea tendēs ad caliditatē ⁊ hūiditatē. ¶ Vite etei pꝛicipiū sunt coꝛ ⁊ spūs: q̄ q̄dem ambo vehemēter calida existūt ad sup̄fluitatē declinātia. Et vita q̄dē existūt per caliditatē. Et augmētū per humiditatē. Et ei caliditas i humiditate existit ⁊ ab ea nutriť. ¶ Mēbꝛa v̄o p̄ncipalia sūt tria sicut declarabim⁹ Et ex eis q̄dē est vnū frigidū qꝺ est cerebꝛū cui⁹ frigiditas nō ꝑuenit ad coꝛdis caliditatē tēperādā ⁊ epis caliditatē tēperādā Et ex eis vnū est siccū aut siccitati ꝓpinquū: ⁊ ipm est coꝛ. sed ei⁹ siccitas nō ꝑuenit ad hūiditatē cerebꝛi ⁊ epatis tēperādā. Neqȝ etiā cerebꝝ tm̄ est frigidū. Neqȝ coꝛ tm̄ est siccū. Sed coꝛ cōparatione alioꝝ duoꝝ est siccū. Et cerebꝛū alioꝝ duoꝝ ꝯparatiōe est frigidū. Modi v̄o ſtū latitudo angustioꝛ est latitudīe p̄mi modi. s. eq̄litatis spālis: latitudinē tñ hȝ magnā. Et est cōplexio q̄ alicui gētiū ꝯgrua existit ſm cōparationē alicui⁹ climatis ⁊ alicui⁹ aeris. Indi nāqȝ cōplexiōeȝ habēt insimul qua sani existūt: ⁊ sclaui aliā habēt ꝯplexionē i q̄ sani degūt ⁊ vnaq̄qȝ earū per cōparationē ad suā speciē sue spei cōparatione est tēperata q̄ comparatione alteri⁹ non est ꝯtemperata. Coꝛpus nāqȝ indicū ſm

cōplexionē sclaui quale fiet: aut infirmabit: aut morietur. Et similiter cū sclaui cōplexiōe indiq̄le reddet. erit corporis dispositio 3ria. ¶ Que igitur spēs i terra habitabili cōmorātiū habebit cōplexionē eis ppriā aeri sue climatis cōueniētē ⁊ habebit latitudinē: cui⁹ q̄dē latitudo h3 duas extremitates multitudinis ⁊ paucitatis. ¶ Quart⁹ aūt mod⁹ est mediū qđ est iter duas extremitates latitudinis cōplexiōis climatis. Et ipm est cōplexio cōplexionis speciei tēperatior. ¶ Modus vo q̄ntus est angustior primo ⁊ tertio. Et est cōplexio quā d3 habere indiuiduū designatū qua viuū ⁊ sanū reperit. Que etiā latitudinē h3 ad quā due terminant multitudinis ⁊ paucitatis extremitates. ¶ Debet āt scire q̄ omne indiuiduū d3 hre cōplexionē sibi solūmodo ppriā in q̄ aliud ei associari est ipossibile. ¶ Sext⁹ aūt mod⁹ est mediū qđ est iter istos duos tminos q̄ est cōplexio: quā cū habuerit idiuiduū erit melioris cōplexiōis cuius ipm esse op3. ¶ Mod⁹ aūt septimus est cōplexio quā vnaq̄q3 mēbrorū spēs hre d3 in q̄ aliud diuersificat. Eq̄litas nāq3 ossis est vt siccitas in eo plus abūdet Et cerebri vt hūiditas i eo plurimū abūdet. Et cordis vt in eo sit plus caliditat. Et neruorū vt in eis plurimū abundet frigiditas. ¶ Modus aūt octau⁹ est cōplexio mēbri singularis: quā cū habuerit erit melioris dispositiōis q̄ habere pōt. ¶ Cum aūt spēs cōsiderauim⁹ inueniem⁹ hominē certe eq̄litati ppinquiorē. ¶ Cūq3 regiōes attēderim⁹ certificatū nobis erit q̄ si fuerit locus q̄ inhabitabit sub equatiōe diei: neq3 aliq̄ de rebus terrenis obuiādo impediuerit vc3 mōtes aut maria oportebit ibi habitātes eq̄litati certe ppinq̄ores existere q̄ alicui⁹ regionū. ¶ Iam autē nobis affirmatū est q̄ opinio q̄ accipit q̄ excessus ab eq̄litate est causa ppinq̄tatis solis est falsa. Rectitudo em̄ solis sup capita min⁹ ibi malū operat: ⁊ min⁹ mutat aerē q̄ rectitudinis propinq̄tas apud nos aut apud eos qui sunt in maiori latitudīe q̄ nos: l3 rectitudinē nō habeamus. ¶ Ampli⁹ aūt oēs dispositiōes morātiū in linea eq̄noctiali sūt dispositiōes nobiles siles. Neq3 aer ibi ipedit ipedimēto sensibili: s3 eorū cōplexiōib⁹ semper est similis. Et ad hāc sniam affirmādā iam fecim⁹ dictionē. ¶ Post istos aūt qui in q̄rto morant climate magis tēperati existūt. Non em̄ adurunt pp̄ter moram rectitudinis solis sup eorū capita. Neq3 elōgat ab eis parū queadmodū fit in clima secūdo ⁊ tertio. Neq3 cōgelant sicut cōtingit his qui in extremitate q̄nti climatis habitāt: ⁊ qui ex3 latitudinē sunt remotiores pp̄terea q̄ sol ab eorū capitib⁹ est remotus. ¶ In mēbris vo iam manifestū fuit q̄ mēbra p̄ncipalia nō sunt eq̄litati certe multū ppiq̄. Imo oportet vt scias qđ caro ē mēbrū illi eq̄litati magis ppinquum q̄ cetera mēbra. Cutis tn̄ carne ppīqor est. Quasi em̄ nō patit ab aq̄ equalr tēpata cui⁹ medietas sit nix: ⁊ altera medietas sit aqua feruēs. Et forsitā caliditas venarū ⁊ sanguinis neruorū frigiditati in ea equat. Similiter quoq3 non patitur a cor



pore q bene tẽperatũ existit ex sicciorib⁹ corporib⁹ & humidiori bus cũ in eis eq̃lia fuerint. ¶ Et nos q̃dẽ scim⁹ q nõ est causa q̃re non patiat̃ nisi quia nõ sentit il lud. Neq3 est tale q̃le illud: nisi quia ꝑpter ipsu3 nõ patit̃. Nisi em̃ tale esset quale illd propter illud pateret̃. Res em̃ que vnius sunt originis & in naturis oppo nunt̃: vne ab aliis patiunt̃: s3 ab eo qđ ei in qualitate cõmunicat res non patit̃. ¶ Qđ aũt in cute magis existit tẽperatũ est cutis man⁹. Et qđ in cute man⁹ tẽpe ratius est est cutis vole. Et tẽpe ratius eius est qđ est super digi tos. Et tẽperati⁹ ei⁹ qđ ẽ sup indi cem. Et qđ tẽperati⁹ eius est qđ est in pulpa extremitatis eius: & ꝑpter illud est melioris sensibi litatis. Et qđ in cute vole mag3 existit tẽperatũ: est qđ in digito rum extremitatib⁹ inenit̃. Qua pp extremitates digitorũ alio rum quasi indices existũt q̃lita tũ natura tactualiũ. Debet em̃ declinatio indicis eq̃lis existere ad vnãquãq3 extremitatũ: ideo vt egressum ab eq̃litate & a me dietate pcipiat. ¶ Debes aũt sci re vltra hoc qđ sciuisti q cũ dici mus de medicina q est tẽperata nolum⁹ dicere q sit tẽperata cer te: q̃m illud est impossibile. Ne q3 volum⁹ dicere q tẽperamẽto humano in sua cõplexiõe sit tẽ perata. Si em̃ ita esset: tũc esset ex ipsamet humana substantia. ¶ Sed volum⁹ q cum ꝑpter ca lorẽ naturalẽ qui in corpore exi stit humano patiet̃ qualitate af ficietur que hominis qualitatẽ non supergredit̃ in aliqua dua rum extremitatũ equalitatẽ ex cedẽtium. Non ergo in ipo ope rabitur effectũ qualitatẽ excedẽ te3. Cõsideratione igit̃ sue ope rationis in corpore humano est equalis. ¶ Et similiter cum dici mus q ẽ calida aut frigida: no lumus dicere q in sui substãtia sit in vltimo caliditatis aut fri giditat3: aut in sui substãtia sit calidior corpore humano aut fri gidior. Si em̃ ita foret: cui⁹ cõ plexio esset sicut hois cõplexio: esset tẽperatũ. ¶ Sed volum⁹ di cere q ꝑpter ipsa3 in corpore ꝑ uenit caliditas & frigiditas ma ior illa quã ex se hẽbat. ¶ Qua propter vna medicina plerũq3 est frigida humani corporis cõ paratiõe & cõparatiõe corporis scorpionis calida & humani cor poris cõparatiõe calida: & frigi da corporis serpẽtis cõparatio ne. Imo q̃nq3 et vna medicina existit calida cõparatiõe corpo ris Petri magis q3 cõparatione corporis Pauli. Ideo q3 precipit̃ eis qui medicant̃ vt cum cõple xionem mutare voluerint & vnã adhibuerint medicinã que non ꝯtulerit ab ea discedãt. ¶ Post q3 igitur de cõplexione tẽperata que dicẽda erant cõpleuim⁹: ad loquẽdum de cõplexionib⁹ dis tẽperatis redeam⁹. ¶ Dicem⁹ itaq3 q cõplexiones distempera tas equale est: siue cõprehẽde ris ſm cõparationẽ speciei: aut partis: aut indiuidui: aut mem bri: que sũt octo. Et sunt oẽs cõ municãtes in hoc q complexio ni tẽperate sũt opposite. Et he octo proueniũt queadmodũ di cemus. Et est q egressus ab eq̃li tate: aut est simplex qui equali tatem non excessit nisi ſm vna3 ꝯtrarietatẽ: aut est cõposit⁹ qui eq̃litatẽ ſm duas ꝯtrarietates ex

cessit. ¶ Et simplicis quidē qui fm vnā excesserit contrarietatē aut est excessus fm ꝯtrietatē agētē. Qđ est aliquo duoꝝ modoꝝ. Qm̄ aut est calidior q̄ oꝫ: sꝫ nec est hūidior nec siccior: aut frigidior q̄ oꝫ: sed neqꝫ humidior neqꝫ siccior. Aut fm ꝯtrarietatem patientē. Quod est vno duorū modoꝝ. Qm̄ aut est siccior: q̄ oꝫ sꝫ nō est calidior neqꝫ frigidior: aut hūidior; sꝫ nō est frigidior neqꝫ calidior. ¶ Iste tamē quattuor nō diu pmanēt. Caliditas nāqꝫ maior q̄ oꝫ reddit corp⁹ siccius q̄ opꝫ. Et frigiditas maior q̄ oꝫ facit corp⁹ hūidius q̄ opꝫ hūiditate extranea. Et siccitas maior q̄ oꝫ cito reddit ipꝫ frigidi⁹ q̄ opꝫ. Et humiditas maior q̄ oꝫ si valde fuerit supflua veloci⁹ reducit ipm̄ ad frigiditatē q̄ siccitas maior. Que si plurima nō fuerit: ꝯseruabit ipꝫ pliriori tpe Ad vltimū vo reddit ipm̄ frigidius q̄ debet. Tu tn̄ ex hoc itellige q equalitas ꝛ sanitas magis ptinēt caliditati q̄ frigiditati. Et he q̄dē sūt simplices q̄ttuor. ¶ Cōposite aūt sunt i q̄b⁹ fit egressus ab equalitate scđm vtrasqꝫ ꝯtrietates: velut si sit cōplexio calidior ꝛ humidior sit q̄ opꝫ aut calidior ꝛ siccior sit q̄ opꝫ: aut frigidior ꝛ hūidior sit q̄ oꝫ: aut frigidior ꝛ siccior sit q̄ opꝫ. ¶ Nō eñ pōt eē frigidior et calidior simul: neqꝫ siccior ꝛ humidior sit. ¶ Unaqꝫ aūt haruꝫ octo ꝯplexionū: aut ē sine materia. Qđ q̄dē est cū ꝯplexio corp⁹ q̄litate solūmodo afficit ita q corpus hac qualitate nō afficit ppter humorē in ipm̄ penetrantē qui hanc habeat qualitatem ad quā immutat corpus. Neqꝫ fiat nisi sicut tum caliditate ei⁹ qui calefit ad ignē aut frigiditate ei⁹ q̄ ad niuē ifrigidat⁹ est. ¶ Aut est cū materia. Qđ q̄dē ē cū corpus nō afficit q̄litate hui⁹ cōplexionis nisi ppter vicinitatē humoris in ipm̄ penetrantis in quo hec eq̄litas supabundās existit: queadmodū corp⁹ humanum causa vitrei flegmatis ifrigidatur: aut causa colerici hūoris prassini calefit. Tu aūt in libro tertio ꝛ quarto cuiusqꝫ.xvi.ꝯplexionū exēplū inuenies. ¶ Et est tibi sciendū q cōplexio cū materia duob⁹ modis est. ¶ Membrū eñ q̄nqꝫ exteri⁹ a materia madefactū ē. Et q̄nqꝫ materia penetrat ꝛ retinet in foraminib⁹ ꝛ vētriculis ipsius. Et est cū receptio ꝛ penetratio est apostemās. Et est cū nō. ¶ Hec est de ꝯplexione dictio. Medic⁹ aūt phisico credere oꝫ fm semitā positiōis qđ non est ei manifestum per se.

¶ De complexionibus membrorum. Cap. ꝛ.

Dico q deus cuiqꝫ animali ꝛ cuiqꝫ mēbro donauit ex cōplexiōe qđ magis meret ꝛ qđ eius actionib⁹ ac dispositionibus fm possibilitatē melius existit. hoc aūt certificare philosophi ꝛ nō medici. ¶ Donauit autem homini cōplexionem temperatiorem q̄ in hoc mūdo esse est possibile cum suarum virtutum cōuenientia quibus agit ꝛ patitur. Et vnicuiqꝫ membro donauit de ꝯplexione quod meretur. Posuit ergo quedā ex membris calidiora: ꝛ alia frigidiora ꝛ alia sicciora: ꝛ alia hūidiora. ¶ Qđ aūt i corpore est calidius est spiritus ꝛ cor a quo procedit Deinde sanguis: lꝫ in epate ge

neretur: qr em̄ cū corde cōtinuᵘ existit ab eo plᵘ acq̄rit caloris q̄ȝ epar habeat. Postea epar qr est sicut sanguis ꝯgelatᵘ. Post q̄d est caro q̄ minoris est caloris q̄ȝ epar: propterea ꝙ neruorū villi in ea mixti sunt q̄ sunt frigidi. Deinde sunt musculi q̄ minoris sūt caliditatis q̄ȝ caro simplex propter illud q̄d de neruis ꝛ ligamentis eius admiscetur. Postea est splen ꝑpter illd̄ q̄d est i eo de fece sanguis. Postea renes eo ꝙ non multᵘ in eis existit sanguis. Deīde arteriarū tunice: nō ꝑpter ipsarū nervosa corpa: sȝ ꝑpter illd̄ q̄d recipiūt de calefactiōe sanguinis et spūs qui sunt in eis. Postea sunt venarū nō pulsatiliū tunice ꝑpter sanguinē solū. Postea cutis vole tēperate. ¶ Frigidiᵘ v̄o q̄d in corpe est flegma. Postea pili. Deinde os. Postea cartilago. Post ligamētū. Deinde chorda. Post pāniculᵘ. Deinde neruus. Post nucha. Post cerebrū. Deinde adeps. Postea pinguedo. Postea cutis. ¶ Humidius v̄o q̄d est i corpore est flegma. Post sanguis. Postea pinguedo. Postea adeps. Postea cerebrū. Postea nucha. Postea caro mām̄illarū ꝛ testiculorū. Post pulmo. Post epar. Deīde renes. Postea musculi. Post cutis. ¶ Et hic q̄dē est ordo q̄ Galenᵘ disponit ea. ¶ Scire tn̄ debes q̄d pulmo in substātia ꝛ nō natura est humidᵘ vehemēti humiditate. ¶ Ōis ei cōplexio mēbri naturalis silis est ei q̄ nutritur. Et s̄m suā accidētalē cōplexionem similatur ei q̄d ab ipso superfluit. ¶ Pulmo autem nutrit̄ calidissimo sanguine ꝛ mixto a mixto colore ꝛ hoc q̄dē ipsemet Galenᵘ nos docet. In ipo vero multa humiditatis superfluitas colligitur propter illud q̄d ad ipsum ascendit de vapore corporis ꝛ propter illud q̄d ad ipm̄ descendit ex catarris. Post q̄ȝ igit̄ sic est res: epati mltō magis hūidū est pulmone hūiditate naturali: ꝛ pulmo magis est madefactᵘ: lȝ hūiditatis mora ipm̄ in sui ēt substātia molliorē fecerit. Et dispositiōes flegmatis ꝛ sanguinis ita intelligēde sunt Flegmatis nāq̄ȝ hūectatio est s̄m modū madefaciendi. Et sanguis hūectatio est s̄ȝ modū augmētū faciēdi in substātia: lȝ flegma naturale aqueū plerūq̄ȝ sit maioris humiditatis q̄ȝ sanguis. Ex sanguine em̄ cū q̄ntū digeri dȝ digerit̄: multū humiditatis ex eo resoluit̄ q̄ erat flegmatis naturalis aquei q̄d ad ipsum cōuersum fuit. In sequētibus aūt scies q̄d flegma naturale est sanguis q̄ aliqua cōuersus est ꝯuersiōe. ¶ Res autē siccior q̄ est in corpe sunt pili. sunt em̄ ex vapore fumoso q̄ eleuat̄. Resolutuȝ nāq̄ȝ fuit q̄d in eo de vapore mistū erat ꝛ pura fumositas ꝯgelata. Postea est os: ipȝ nāq̄ȝ oībᵘ mēbris durᵘ existit: humidiᵘ tn̄ pilis est. Ossis nāq̄ȝ generatio ex sanguine cuiᵘ fumus est siccus q̄ humores naturales exiccat locatᵘ i eis. Quapropter os multa nutrit aīalia. Pili v̄o eoꝝ nullū nutriūt. aut fortasse: si nutriunt ex eis aliq̄d valde ē raꝝ ꝛ extraneū sicut existimāt quidā q̄d vespertiliones eos digerāt: ꝛ in eis delectent̄. Nos āt cū duas q̄ntitates ossis ꝛ piloꝝ in pōdere eq̄li assum

pserim⁹ ꝛ eas i cucurbita a lēbico supposito distillauerimus egredieť ex osse pl⁹aq ꝛ pl⁹olei ꝛ remanebit minus fecis. Os ꝙ pilo hūidi⁹est. Post os aūt i siccitatē ē cartilago. Postea ligamētū. Post chorda. Post pānicu lus. Post arterie. Post nerui motiui. Post coꝛ. Post nerui sen sus. Motioēsem̄ nerui frigidiores siť existūt tēpato. Nerui aūt sensi⁹ frigidioꝛes q̄dē: sꝫ nō multū sunt tpato sicciores: ꝛ foꝛtasse sunt ei ppinq̄: ꝛ neqꝫ ēt in frigiditate sunt ab eo valde remoti. Postea est cutis.

¶ De complexionibus etatum et generum. Cap. 3.

Etates oēs sunt quattuoꝛ. Etas adolēdi q̄ vocať etas adolescētie: ꝛ est fere vsqꝫ ad. 25. ānos. ¶ Postea est etas ꝯsistēdi q̄ vocať etas pulchritudis ꝛ est fere vsqꝫ ad. 35. aut. 40. annos. ¶ Etates minuēdi cū ꝟt⁹ nō admittitur: ꝛ hec est etas senectutis q̄ fere est vsqꝫ ad ānos. 60. Et est etas minuēdi cuꝫ manifesta ꝟtutis debilitate ꝛ hec q̄dē est etas seniū ꝛ finis vite. ¶ Adolescētie ꝟo etas diuidiť i etatē infantie. Et hec q̄dē est cū membra pueri nōdū ad motiones ꝛ ambulādū sūt apta. ¶ Et i etate dētiū plātatinā q̄ est post ambulationē: ꝛ anteq̄ sit foꝛtis: et illō est cū nōdū gingiue sunt olbus dētib⁹ replete. ¶ Postea est etas ꝯcussiōis q̄d q̄dē est post vehemētiā ꝛ natiuitatē dētium et anteq̄ polluanť. ¶ Deinde est etas algulematiť alguadirre hac. i. cū ab eo egrediť sperma q̄ est q̄usqꝫ barbescat. ¶ Postea est etas foꝛtitudis q̄ est donec sinat crescere. ¶ Infantiū ꝟo solū ab infantia vsqꝫ ad iuuētutē cōplexio in caloꝛe fere tēperato ꝛ in hūiditate fere supflua existit. ¶ Medici aūt antiq̄ iter se disceptauerūt de duab⁹ caliditatibus pueritie ꝛ iuuentutis. ¶ Fuerūt em̄ eoꝝ quidā q̄ dixerunt qđ caliditas pueri est maioꝛ: ꝛ ideo ppter illā pl⁹ crescit. Ideoqꝫ oēs eius opationes naturales desiderij ꝛ digestiones sunt maioꝛes ꝛ diuti⁹ durātes: qm̄ caloꝛ innatus qui inest eis ex spermate magis est aggregatus ꝛ est minoꝛis tēpoꝛis. ¶ Et ex eis fuerūt q̄ dixerūt quod caloꝛ innat⁹ in iuuenib⁹ est valde foꝛtioꝛ qm̄ eoꝛū sanguis est maioꝛis quantitatis ꝛ magis spissus. Ideoqꝫ accidit eis flux⁹ sanguinis ex narib⁹ pl⁹ ꝛ foꝛti⁹. Et qđ eoꝝ cōplexio plus ad colerā declinat: ꝛ pueroꝝ cōplexio pl⁹ declinat ad flegma. Et qđ iuuenes vehemētioꝛū motionū existūt motus ꝟo nō est nisi ppter caloꝛē. Et ipsi ēt vehementioꝛis istimbꝛe existunt: ꝛ sunt melioꝛis digestionis: ꝛ hoc ex caloꝛe. Desideriū nāqꝫ nō est ex caloꝛe sꝫ ex frigiditate. Iōqꝫ canin⁹ appetit⁹ ex frigiditate sepi⁹ ꝯtingit. Signū autē qđ vehemētioꝛis istimbꝛe isti existāt est: ꝙ neqꝫ nausea accidit eis: neqꝫ vomitus neqꝫ fastidiū: queadmoduꝫ contingit pueris ppter digestiue eoꝝ maliciā. Et signū ꝙ eoꝝ ꝯplexio magis colere ptinet est ꝙ omnes eoꝝ egritudines sunt calide: sicut febꝛis tertiana: ꝛ eorum vomit⁹ totus est coleric⁹. Egritudines aūt plurime que pueris eueniunt sunt frigide ꝛ humide: ꝛ eoꝝ febꝛes flegmatice ꝛ plurimū qđ vomunt est fle

gma. Et augmentū qđ est ī pueris nō est pp fortitudinē caliditatis eoꝝ: neq; est nisi pp multā ipsoꝝ hūiditatē: maximū etiam eoꝝ desideriū significat caloris eoꝝ diminutionē. ¶ He q̄dē sūt duaꝝ sectaꝝ snīe ꝛ ipsaꝝ rōnes. ¶ Galenus ambabus vero sectꝫ contradicit. Dicit enim ꝙ eorū caliditates in radice sunt equales. Sꝫ pueroꝝ caliditas ē maioris quātitatis ꝛ minoris q̄litatis. s. acuitatis ꝛ iuuenū caliditas est minoris quātitatis et maioris q̄litatꝫ. s. acuitatꝫ. ¶ Et hui⁹ q̄dē declaratio sicut ipe dicit est vt opinemur vnā solā caliditatē in mēsura aut corp⁹ subtile calidū vnū in quantitate ꝛ qualitate ī substantiā humidā multā semel penetrasse sicut aq̄ ꝛ alia vice penetrasse in substātiā siccā ꝛ paucā sicut lapis. Et cū sic fuerit inueniem⁹ caliditatē aqueā maioris quantitatis ꝛ minoris caliditatē lapideā minoris quātitatis ꝛ acutioris q̄litatis. Et ita debes agnoscere caliditatem q̄ est in pueris ꝛ iuuenibus. ¶ Pueri eñ nō fuerūt generati nisi ex spermate quod est multū calidū: ꝛ huic calori nondum accidit res q̄ ipsum extinguat. Puer nanq; augeri nō cessat sꝫ crescēdo gradit̄. Neq; adhuc stetit: nedum ꝙ iam retrocedat. Iuuēibus ꝟo nihil accidit quod eorum calorem augmentet innatū neq; etiā aliquid qđ ipm extinguat: sed ille calor in eis conseruatur humiditate minoris quātitatis ꝛ qualitatis simul donec ad declinationē perueniat. Neq; tamen huius hūiditatis diminutio est adhuc diminutio q̄ caliditatē retinere nō possit: neq; est nisi q̄ augmētū facere nō vꝫ. Quasi hūiditas tanta erat pl̄us ꝙ duas res facere poterat custodire vꝫ calorē ꝛ superesse etiā ad augmentuꝫ faciendū. Ad vltimū ꝟo ad hoc deueniet ꝙ neutrā duarū reruꝫ efficere valebit: opꝫ ḡ vt in medio talis existat ꝙ possit vnā rē efficere ꝛ nō alterā. Falsum aūt est vt dicam⁹ ipm posse augmētare: ꝛ nō posse retinere caloreꝫ innatū. Quō eñ in re augmētū prestare potest qđ radice nō valet custodire? Restat ergo vt dicamus ꝙ calorē custodire pōt: ꝛ in corpe augmentū prestare nō pōt. Et scitum est ꝙ hec est etas iuuentutis. ¶ Quod autē dixit secūda secta ꝙ augmentū quod est in pueris nō est nisi propter humiditatē ꝛ nō propter calorē est dictio falsa. Humiditas nāq; augmenti est materia: Et materia nō patit̄ p se creari: imo apud operationē ꝟtutis in eam agentis. Uirt⁹ aūt hoc agēs est aīa aut natura p̄cepto dei. Neq; agit nisi cū instrumento: ꝛ illud est calor innat⁹. ¶ Qđ aūt dixerūt ēt ꝙ vehemēs desideriū qđ est in pueris nō est nisi propter frigiditatē ꝯplexiōis eoꝝ est dictio falsa. Ex malo nāq; desiderio: qđ ē pp frigiditatē ꝯplexionis nō puenit istimbre: neq; nutrimentū. Pueroꝝ eñ istimbre melior est q̄ꝫ esse potest in pluribus horis. Neq; in eoꝝ corporibus nisi foret pp hoc de ꝑmutatiōe ei⁹ qđ comedit̄ plus prouenit q̄ꝫ sit illđ qđ dissoluit̄: ꝓpter quod crescūt. Aliq̄ñ ꝟo accidit eis malitiam istimbre ꝓpter eorū gulositatem: ꝛ q̄ eorū comestiōes malis disponūt̄ ordinib⁹

et comedūt res malas et humidas: et multas et desup malis mouent motib⁹. Quapropter ď suꝑfluitatib⁹ pl⁹ in eis adunat: vñ purgatiõe indigēt et ꝑcipue eoꝝ pulmones. Ideoqꝫ eoꝝ anhelit⁹ ē spissior et velocior. Magnitudinē tñ ñ hꝫ eo qꝫ eoꝝ virtus nōdū ad ꝯplemētū ꝑuenit. ¶ Hec est dictio ď ꝯplexiõe pueritie et iuuētutis: quēadmodū Gal. declarauit cui⁹ nos sum⁹ interꝑtes. ¶ Preterea faciēdū est qꝫ caliditas post tꝑs cōsistēdi minui icipit: ꝑpterea qꝫ aer circūdās materiā ei⁹ q̄ ē hūiditas exiccat. Calor quoqꝫ innatus q̄ est int⁹ ad hoc adiuuat. Et labor ꝑueniēs ex motiõib⁹ corporeꝭ et aīalib⁹ q̄ necessarie sūt i vita. Et defect⁹ nature ad resistēdū illi toti semp. ¶ Oms ei ꝟtutes corporee sunt finite. Hoc aūt iā ratiocinatū fuit in sciētia naturali: et⁹ ergo opatio ñ sp existit i materijs. Ampli⁹ si hic virt⁹ ifinita foret et sp ꝑmutationē in corpore faceret ei⁹ qð dissoluit eq̄lit et vno mō dissolutio tñ vno modo nō eēt: imo semp q̄tidie augeretur: et corpus dissolutionem tolerare nō posset: et dissolutio humiditatū finiret quāto magis cum due res se iuuēt ad minoratiõnē faciēdā et retro cedēdum. Et postqꝫ sic est opꝫ necessario vt mā ďstruat: et calor extiguat: et ꝑcipue cū ad ei⁹ extictõeꝫ adiuuet ꝑter vł ꝑp materiei ďfectū alia cā. Et illð ē hūor extrane⁹ q̄ accidit assidue ꝑpa qꝫ cib⁹ ꝑuat digestiõe. et adiuuat ad extiguēdū ipm duob⁹ modis. Uno suffocādo et tegēdo. Alio q̄litati obuiādo. Hic ei hūor ē flegmatic⁹ frid⁹. et hec ē mors nālis cuiqꝫ idiuiduo destinata ꝯm suā ꝑmā ꝯplexionē vsqꝫ ad tminū quē i sua potētia hꝫ ad suā hūiditatē ꝯseruādā. Unuꝫ qðqꝫ eīm eoꝝ terminū ꝑfixū hꝫ q̄ i idiuiduꝭ diuersificat ꝑp cōplexionū diuersitatē. et hi q̄deꝫ sunt tmini nāles. Sūt ꝟo et alij tmini abbreuiati. Totū tñ diuino ꝑuenit ꝑcepto. ¶ Qð ğ ex hꝫ acq̄siuim⁹ est qꝫ pueroꝝ et iuuenū corpora q̄tū ad q̄litatem sūt calida. et corpa senū et decrepitoꝝ sūt frida. Sꝫ pueroꝝ corpa eq̄lit sī hūidiora ꝑp augmētū. et hꝫ q̄dē nobis insinuat experimētū qð de mollicie ossiū ē et neruoꝝ vł mēbroꝝ ipoꝝ. Et cōsideratio qm̄ parū eēt ei q̄ fuerūt spma et spūs vaporalꝭ. ¶ Senes āt et ďcrepiti ꝑpe ꝑter hꝫ qð sī frigidiores adhuc sūt sicciores. Et hꝫ q̄dē scit expimēto qð hēt ď duritia ossiū eoꝝ et aspitate cutꝭ eoꝝ. et ꝯsideratõe. Eo qꝫ ꝑlixū ē tꝑs ex q̄ fuerīt spma et sāguis et spūs vaporalꝭ. et i puerꝭ q̄dē et iuuenib⁹ ē igneitas eq̄lis. sꝫ in puerꝭ pl⁹ abūdat acritas et aq̄tas. et i senib⁹ et ďcrepitꝭ pl⁹ abūdat terrestreitas q̄ i illis duob⁹: et ē i ďcrepitis plus. ¶ Iuuēt⁹ āt hꝫ ꝯplexionē magis eq̄lē ꝯplexiõe pueri. Cōpatiõe tñ pueri ē ei⁹ ꝯplexio sicca. et senꝭ et ďcrepiti cōpatiõe ē hūida. Decrepit⁹ ꝟo ē siccior iuuene et sene i mēbris simplicib⁹. et hūidior vtrisqꝫ hūiditate extranea madefaciēte. ¶ Scðꝫ ꝟo diuersitatē ꝯplexionū generꝭ femie fridiorꝭ existūt ꝯplexiõis. Iðqꝫ sūt i creatura miores mascul. Et sūt hūidiores. Ergo ꝑp ꝯplexionē eaꝝ et friditatē mēs

plicant eaꝝ supfluitates: et pp paucū ipsaꝝ exercitiū. ⁊ substātia carniū ē rarioꝛ: lꝫ viri caro ex pte ꝯplexiōis eiꝰ qđ ei admiscet sit rarioꝛ. Sua nāqꝫ spissitudie plꝰ ꝓhibet i ipam penetrare qđ a venis ⁊ neruoꝝ vtilꝫ ad eā ꝓfluit. ℂ Qui ꝟo tras in habitāt septētrionales hūidiores sūt. Et q̄ artes exercēt aq̄as hūidiores existūt. et q̄ ab istis diuersificāt diuersi existūt. Signa aūt ꝯplexionū narrabimꝰ vbi vlīa signa ⁊ ptic. rferemꝰ.

ℂ Doctrina quarta.

ℂ Doctrine q̄rte ad sciēdū q̄d sit humoꝛ ⁊ eiꝰ diuisiōes. Ca. i.

Humoꝛ ē corpꝰ humidū liq̄dū i. qđ in primis nutriēs cōuertit. ℂ Eiꝰ ꝟo est hūoꝛ bonus. Et est illđ de cuiꝰ ꝓprietate est vt fiat ps substātie nutriti solꝰ: vl' cū alio ⁊ assimilari ei solꝰ vel cū alio ⁊ i sūma materia restaurationis eiꝰ qđ ex ea dissoluit. Et eiꝰ supfluitas est hūoꝛ malꝰ. ⁊ ē qđ istđ agere nō ꝯsueuit aut raro i bonū ꝯuertit hūoꝛ ē: vñ antea a corpe expelli ⁊ pūgari dꝫ. ℂ Dicimꝰ ꝫ ꝙ hūiditatū corpis: q̄dā sūt prie q̄dā scđe. ℂ Prie sūt q̄tuoꝛ humores q̄s paulopost noiabimꝰ Scđaꝝ ꝟo due sunt diuisiōes. Aut em̄ sūt supfluitates: aut ñ supfluitates. ℂ Supfluitates ꝟo i sequētibꝰ noiabimꝰ. ℂ Et q̄ sūt ñ supfluitates sūt hūoꝛes q̄ a pricipali dispositiōe ꝯuersi mēbris dlegati fuerūt: sꝫ nōdū alicuiꝰ mēbroꝝ simpliciū opatiōe pfecta ps effecti sūt. Quorū sūt q̄tuoꝛ spēs. ℂ Unꝰ ē humoꝛ i foraminibꝰ extremitatū puarū venarū ꝯtētꝰ mēbꝛꝫ simplicibꝰ ꝓpinq̄rū ibibētiū ea vl' eā. ℂ Aliꝰ ē hūoꝛ p oīa simplicia trāsiēs mēbra sic ros q̄ i nutrimētū cōuerti ē aptꝰ cū corpꝰ nutrimēto caret: ⁊ vt mēbra hūectet: cū aliq̄ cā fortis motꝰ aut alia exiccauerit. ℂ Tertiꝰ est hūoꝛ q̄ paꝝ añ ea ꝯgelatꝰ fuit. Et ē nutrimētū qđ in substātiā mēbroꝝ ex pte cōplexiōis conuersuꝫ est. Sed ex pte essentie ꝯplēte ⁊ silitudis cōuersū fuit. ℂ Quartꝰ ē humoꝛ q̄ est itꝰ in mēbꝛꝫ simplicibꝰ a pricipio natiuitatis: p quē partiū eoꝝ ꝯtinuitas existit: cuiꝰ pncipiū ē in spmate. Spmatis ꝟo pricipiū eit ex hūoꝛibꝰ. ℂ Et dicemꝰ ēt ꝙ hūoꝛes humoꝛosi boni ⁊ supflui vl' nō supflui q̄tuoꝛ ꝯtinēt generibꝰ gñe sanguinis q̄ oibꝰ illis melioꝛ existit. ⁊ genere flegmatis: ⁊ genere colere rubee ⁊ gñe colere nigre. ℂ Sanguis ꝟo nā calidꝰ existit ⁊ hūidus. Cuiꝰ sunt due species: nālis et nō naturalis. ℂ Naturalis āt est cuiꝰ coloꝛ ē rubeꝰ malo carēs odoꝛe ⁊ ē valde dulcꝫ. ℂ Nō nālis ꝟo sunt due diuisiones. Aliꝰ em̄ ē q̄ a cōplexione bona fuit mutatꝰ nō ꝓpea ꝙ aliq̄d ei admistū fuerit: sed qꝛ eiꝰ ꝯplexio in se viciata fuit. Ubi grā: qꝛ aut fuit infrigidatꝰ aut calefactꝰ. Et ē aliꝰ q̄ nō fuit mutatus nisi pp humoꝛeꝫ malū q̄ ei admistꝰ fuit. Qđ est ꝫ duas diuisiōes. Aut em̄ ad eū humoꝛ defoꝛꝫ venit ⁊ penetrauit i ipm ⁊ corrupit. Aut i ipsomet fuit generatꝰ humoꝛ. verbigrā. aliqua eius pars putruit et eius subtile i cholerā rubeam ⁊ spissum i colerā nigrā ꝯuersuꝫ est. Et remanserunt ambe aut vna eaꝝ i eo. Et huiꝰ q̄dē diuisiōis partes

partes fm illud qd ei admiscet. et ipi9 spes de speb9 flegmatis: speb9 colere nigre: et speb9 colere rubee diuersificat et qlitas ei9. plerumqz qz fit turbidus. Et aliqn fit ibtilis. Et aliqn niger multa ifect9 nigredine. Et aliqn alb9. Silr qz in odore sui et sapore mutat. Fit nãqz amar9 aut salsus aut acetos9. ¶ Flegmatis ãt aliud e naturale: et aliud no naturale. ¶ Nãle est qd est aptu vt i aliq tpe fiat sanguis: qm e sanguis no bñ coct9. et est qdã mod9 dulcis flegmatis qd no valde existit frigidum: imo corporis pparatiõe e frigiditatis pauce: sanguinis vo pparatione et colere rubee est frigidum. ¶ Et e et flegma dulce qd no est naturale qd no e flegma saporé no hñs qd noiauimus. qd fit cu accidit vt cu eo sanguis misceat naturalis: et qd mltoties in rheumatismis et i saliua sentit. Dulcis vo naturalis receptaculu. Dixit Galenus naturam non fecisse mebru propriu quemadmodu duabus fecit coleris. Hoc nãqz flegma sanguini propinquã hz silitudinez: et eget eo membra oia: ideoqz fecit natura vt cu sanguine vadat. ¶ Dicim9 ãt qz hec indigetia est pp duas res. Una est necessaria: et alia iuuatiua. ¶ Necessaria vero est pp duas res. Una est vt sit iuxta mebra ad hoc vt cu mebra nutrimentum qd ad ipsa psueuit venire amiserint qd est sanguis bon9 pp retetione materiei eius que a stomacho fit et epate: pp aliqs causas q acciderut operent in eo virtutes naturales eorum et coquant: et digerant: et nutriantur ex eo. Et sicut calor innatus digerit ipz et certificado facit ipm sanguine: silr calor extrane9 ipm plerumqz putrefacit et corrupit. Hanc vo necessitatis parte non hñt due colere. Due nãqz colere flegmati i hz no coicant qd calor naturalis ipz rectificant: et facit ex eo sanguine licet in hoc coicent ei qd calor accidetalis ipm mutat: et facit ex eo re putrida et corruptã. Altera est vt sanguini admisceat vt ipsum aptu reddat ad membra flegmaticaru complexionu nutrienda in sanguine: qru q ea est nutriturus opz flegma actualiter esse fz mesuram notã: sicut est cerebru. et hoc quide in duab9 est repertu choleris. ¶ Iuuatiua vo est vt humectet iucturas et mebra q mlte existut motionis: ne siccitas eis accidat ppter calorez q ex motu puenit i fricatiõe. et hoc quide est iuuametu stans i terminis necessitatis. ¶ No nãlis aut flegmatis aliud est supfluitas diuerse essentie vsqz ad sensum et istud est mucilaginosuz Et aliud est in substãtia eqle i sensu: et in veritate diuersu. et e flegma crudu. Aliud est valde subtile et ipm est aquosuz. aliud est valde grossu albu vcz. et illud qd vocatur gipsum: et ipm e cuius subtile fuit resolutu io qz i foraminib9 et iucturis diu fuit retentu qd oib9 existit grossi9. Et ex flegmate est quoddã qd est salsum: qd omnib9 flegmatis speciebus acutius est et siccius et euius. Ois vero salsuginis causa e: vt aquose hũiditati pauci saporis: aut priuate eo terree ptes aduste coplexio

nū siccarū ⁊ saporis amari eq̄li temperamento misceantur. Si eīn multe fuerint: amarꝰ sapor prouenit. Et ex hoc quidē silr fiunt sales ⁊ aque salse. Et ē etiā cū sal fit ex cinere alchali ⁊ calce: ⁊ ex aliis cū in aq̄ coquūtur: ⁊ colatur ⁊ coquitur illa aq̄ donec in salem coaguleť aut ita dimittiť donec coaguletur. ¶ Silr q̄z flegmati tenui qđ saporem non hȝ: aut cuius sapor adeo est paruꝰ qđ nō superat: cū colera sicca natura se miscuerit adusta equalitatis admixtiōe ipm faciet salsum et calefaciet: hoc igiť flegma est colericū. ¶ Galenꝰ ṽo dicit flegma hoc salsuȝ fieri ꝓpter ipiꝰ putrediñe aut aquositatem q̄ ei admista fuit. ¶ Et nos q̄dē dicimus putrediñe ipsum salsum efficere: ideo ꝙ in ipo adustionem facit ⁊ cinereitatē. que cū eis humiditate cōmiscetur. Sola autē aquositas cū ei admisceť salsediñe in ipo efficere non valet: cum ibi ṽlia alia non fuerit cā. Et mihi quidē vr̄ qđ illa aut ꝑmutationis est. sȝ continuitatis: tūc enim locutio cōpleta erit. Et ex flegmate est ꝙ est acetosum. Et quēadmoduȝ dulce est ſ͛ȝ duos modos: dulce per suā essentiam: ⁊ aliud propter rē extraneam que admixta fuit. Silr acredo flegmatis acetosi ſ͛m duos contingit modos. Uno iđ q̄ res extranea admixta fuit: q̄ ē colera nigra acrȝ quā i subsequēti noiabimꝰ. Altero ꝓpter causaȝ q̄ in ipsomet ꝯtingit: ⁊ illud quidē est ṽt flegmati dulci qđ dixīmꝰ ipso dulci exñte accidat sicē accidit aliis succis dulcibꝰ q̄ priꝰ bulliunt et postea acescūt. Et aliud pōticū cuiꝰ dispositio est quēadmodū ħ dispō. et fortasse erit eis pōticitas ꝓptea ꝙ colera nigra pōtica ei admixta fuit et fortasse erit eiꝰ pōticitas ꝓpter cām q̄ in se vehemēti infrigidatiōe. infrigidatū est: adeo ꝙ eiꝰ sapor ad pōticitatē sit cōuersus. Jdeo ꝙ eiꝰ aq̄sitas ꝯgelata est ⁊ ad siccitatē pax ⁊ terrestreitatē alta est. Et neq̄ fuit calor debilis q̄ ipm bullire faceret ⁊ ꝯuerteret i acrediñe: neq̄ calor fortis q̄ ipȝ ꝯcoqueret. Et est flegmatȝ spēs vitrei spissi grossi vitro liq̄facto silis i sui viscositate ⁊ pōderositate. Qđ plerūq̄ est acre: ⁊ plerūq̄ saporē nō hēbit. Et vr̄ ꝙ illud ex eo qđ est grossuȝ saporē non hñs sit crudū: aut cōuertiť in crudū. Et hec q̄dē est illa flegmatis spēs q̄ in principio rei erat aquosa frigida: q̄ neq̄ putruit: neq̄ res alia ei admixta fuit: sed sic ꝑmāsit recōdita donec fuit ingrossata ⁊ frigiditas fuit ei addita. ¶ Jā igiť declaratuȝ est ꝙ corrupti flegmatis modi ex ꝑte saporꝫ ipsiꝰ sunt q̄tuor: salsuȝ: acre: pōticū: ⁊ insipidum. Et ex parte sue essentie sunt quatuor aquosuȝ: vitreū: mucilaginosuȝ: ⁊ gipseuȝ. Crudū vero in collectiōe mucilaginosi cōtinetur. ¶ Colera autē rubea: alia ē naturalis: alia est q̄ est sup̄fluitas non naturalis. ¶ Naturalis ē spuma sanguis cuiꝰ color est rubeus clarus: et leuis: acuta: ⁊ q̄nto magȝ fuerit calida erit eius rubedo maior. Que cū in corpe gñať: in duas diuiditur partes: quarum vna cū sanguine vadit: ⁊ altera ad chistim trāsmittiť fellis. Jllud

vero qđ de ea vadit cũ sangui ne:cum eo penetrat cã necessitatis ꝛ iuuamẽti. Necessitas vero ẽ vt sanguini admisceatᷣ ad nutriẽda mẽbra: in quorũ complexionibꝰ magnam colere rubee ptẽ esse opꝫ ſm modũ queꝫ mereẗ de diuisiõe sicut pulmo. Sed iuuamẽtũ est vt sanguinẽ subtiliet ꝛ i itineribꝰ ipm penetrare faciat. Qđ vo đ ea colatũ ad chistim trãsmittiẗ fellis cã necessitatis trãsmittiẗ: ꝛ vtilitatis. Necessitatꝭ aũt aut est ſcđꝫ totũ corpꝰ qđ est ipm a supfluitate mũdare: aut ſm vnũ ipsiꝰ mẽbrũ qđ ẽ fel nutrire. Utilitatis vo duo sũt iuuamẽta. Unũ ẽ intestina a stercore et flegmate viscoso abluere. Et aliud itestina ꝛ ani muscłos pũgere: vt qđ sit ei necessariũ sentiat: ꝛ egestiones emittat. Jdeoqꝫ sepe accidit colica cã opilationis q̃ sit i foramine qđ a felle descẽdit ad itestina. ¶ Nõ naturalis, vo colera: alia est q̃ a natura egrediẗ ꝑpter causaꝫ extraneã que ei admisceẗ. Alia ẽ q̃ a nãegressa ẽ ꝑꝑ cãm in se: qꝛ eiꝰ substãtia est nõ naturalis. Partis pme ẽ alia q̃ est scita ꝛ famosa: ꝛ ẽ illa cui extraneũ illđ qđ ẽ admixtũ ẽ flegma cuiꝰ gñatio magis ẽ i epate. Et alia est que est minoris fame ꝛ ẽ illa cui extraneũ qđ est admixtũ est melancolia. ¶ Nota autẽ ꝛ famosa: aut est colera citrina aut est colera vitellina Flegma nãqꝫ cui admisceẗ colera: qñqꝫ est tenue: ꝛ gñatur ide pma. qñqꝫ ẽ grossuꝫ ꝛ gñatur ide ſcđa. s. colera q̃ ouorꝫ vitellis silis existit. ¶ Que aũt minoris ẽ fame ẽ illa q̃ colera vocaẗ adusta que aliq̃ duobꝫ gñaẗ modorũ. Unꝰ ẽ vt colła in se aduraẗ ꝛ accidat ẽ ea cinereitas ſꝫ eiꝰ subtile nõ separeẗ ab ipsiꝰ cinereitate imo cinereitas i ea ꝯtinuaẗ: ꝛ hec q̃dẽ ẽ peior. Et aliꝰ ẽ vt colera nigra extrinsecꝰ ad eã veniat ꝛ cũ ea misceaẗ: ꝛ hec q̃dẽ ẽ melior. Uuiꝰ aũt spẽi colere color ẽ rubeꝰ: ſꝫ nõ ẽ clarꝰ: neqꝫ floridꝰ: imo magis ẽ similis sanguini: ſꝫ nõ ẽ tenuis: ꝛ plerunqꝫ a suo colore ꝑꝑ aliq̃s mutaẗ cãs. ¶ Que vo illi substãtia extra nãm est: alia est cuiꝰ gñatio sepiꝰ ẽ i epate. Alia est cuiꝰ gñatio magis ẽ i stomacho. Et illa q̃dẽ cuiꝰ generatio magis ẽ ab epate est vna spẽs q̃ cũ qđ in sanguie ẽ subtile aduriẗ cuiꝰ spissitudo colera est nigra. ꝛ q̃ i stomacho magis gñaẗ duas hꝫ ꝑtes: ꝑrassinã. s. ꝛ viridẽ: vt erugo eris ꝛ mihi q̃dẽ vr̃ qꝫ ꝑrassina ex vitellina gñaẗ cum aduriẗ. Cũ ei aduriẗ adustio in ea efficit nigredinẽ ex q̃ cũ citrinitate mixta gñaẗ viriditas. ꝫinaria vo vr̃ mihi qꝫ gñeẗ ex ꝑrassina cũ tm̃ aduriẗ donec eiꝰ hũorositas siccaẗ ꝛ ad albedinẽ redire incipit ꝑꝑ sui siccitatẽ. Calor nãqꝫ i hũido corpe i ꝑmis nigredinẽ efficit: deide đnudat ipꝫ nigredine qñ eiꝰ oino finit hũiditatẽ. Et qñ supfluit i eo ipꝫ albificat. Et hoc q̃dẽ i lignis attẽde q̃ priꝰ i carbonẽ vtunẗ: deinde i cinerẽ. Calor. n. in hũido efficit nigredinẽ: ꝛ i eiꝰ ꝯtrario albedinẽ. Et frigiditas i hũido albedinẽ operaẗ ꝛ nigredinẽ i eiꝰ ꝯtrario. Hec tm̃ duo iudicia q̃ i ꝑrassina ꝛ ꝫinaria iudicaui estimatiua sunt iudicia. Hec aũt spẽs q̃ đr ꝫinaria oibꝰ colere rubee spẽbus calidior existit: ꝛ peior ꝛ magis ꝑniciosa: ꝛ đr qꝫ ẽ de suba ve

nenorũ. ¶ Colere ãt nigre: alia est naturalis: alia ñ naturalis supfluitas. Nãlis ẽ bõi sanguinis fex ⁊ t̃bulẽtia ⁊ supfluitas in ꝯpatiõe ad sanguinẽ: q: oẽs hũores dicũt supfluitas i ꝯpatiõez sanguis: cui⁹ sapor inter dulcedinẽ ⁊ põticitatez existit. Que cũ i epe gñat i duas sepat ptes: q̃rũ vna i sanguinẽ penetrat ⁊ alia ad splenẽ transmittit. ¶ Pars aũt q̃ cũ sanguine penetrat vadit cũ eo cã necessitatꝭ ⁊ vtilitatꝭ. Necessitas ṽo est vt sãguini admisceat eo mõ q̃ dꝫ i nutrimẽto cuiusq mẽbrorũ i q̃rũ cõplexionib⁹ magnam melãcolie ptẽ esse opꝫ sicut sũt ossa. Utilitas ṽo est vt sãguinẽ restrigat ⁊ ꝯfortet ⁊ inspisset ipsũ. ¶ Et pars ei⁹ q̃ ad splenez trãsmittitur est illud quo sanguis nõ indiguit que ad ipsuz vadit cã necessitatis et vtilitatis. Necessitas ṽo aut est scd̃m corp⁹ totum. s. vt a supfluitate mũdet: aut ꝫ vnũ mẽbrũ qd̃ est vt splenẽ nutriat. Utilitas ṽo iõ accidit q: i os stõachi q̃si mt̃ gẽdo ꝓfluit. Et hec q̃dẽ vtilitas duob⁹ ẽ modis. Uno q: os stomachi strigit ⁊ confortat: et inspissat. Alio vt i ore stõachi cõmotionẽ faciat pp acredinẽ: ⁊ excitet ad famẽ ⁊ facit desiderũ. ¶ Debes ãt scire φ colera rubea q̃ ad chistim trãsmittit fellis ẽ illd̃ q̃ sãguiꝭ nõ idiget ⁊ illd̃ qd̃ a felle egredit est illd̃ q̃ fel ñ idiget. ⁊ siĺr colera nigra q̃ ad splenẽ trãsmittit ẽ illd̃ q̃ sanguis nõ idiget: et illd̃ qd̃ a splenẽ egredit ẽ illud q̃ nõ idiget splẽ. Et quẽadmodũ illa colera rubea postrema euigilat ṽtutẽ expulsiuã iferi⁹ sic colera ista nigra postrema ṽtutẽ appetitiuã euigilat supi⁹. Uñ sit eo oib⁹ melioꝛib⁹ factoꝛ ia⁹. Melãcholia ṽo nõ naturalis nõ est admodũ hypostalis ⁊ fecis: imo ẽ admodũ adustiõis ⁊ cineritatis. Res nãq hũide cũ reb⁹ terrestrib⁹ admiscent: separat terrestreitas ab eis aliquo duoꝝ modoꝛũ: aut ad modũ hypostasis ⁊ tale q̃le illd̃ de sanguie ẽ melãcolia naturalis: ⁊ admodũ adustionis: qd̃ ẽ cũ resoluit subtile ⁊ spissum remanet: ⁊ tale q̃le illd̃ est de hũoꝛib⁹ est melãcolia supfluens: ⁊ ista q̃ dẽ vocatur colera nigra: ⁊ neq habuit hypostasiꝫ nisi sanguis. Ex flegmate eñ ꝓpter sui viscositatẽ nihil descendit. Sic ⁊ ex olĩo ex colera rubea ꝓpter sui subtilitatẽ ⁊ terrestreitatis paucitatẽ: ⁊ sui motus assiduitateꝫ: ⁊ ꝓpterea illud qd̃ de ea a sanguine separatur in coꝛpoꝛe est parũ: nõ descẽdit res de qua sit curãdũ: nec cũ separat moꝛat nisi parũ: sꝫ putrefit aut a coꝛpe expellit: ⁊ cũ putrescit ei⁹ subtile resoluit ⁊ spissũ remanet ⁊ ñt colera nigra adusta ⁊ ñ hypostasiua. ¶ Melãcholia ãt que est superfluens: alia est que est cinis colere ⁊ qd̃ de ea aduritur q̃ est amara: iter quã tñ ⁊ colerã rubeã quã adustã vocam⁹ existit differẽtia φ illa ẽ colera rubea cui cinis hic fuit admixt⁹ hec ṽo nõ est nisi cinis per se cognitus cui⁹ subtile fuit resolutũ. Alia ẽ q̃ ẽ cinis flegmatis ⁊ qd̃ de eo adustũ fuit ⁊ si flegma valde subtile ⁊ aquosum fuerit cinis ei⁹ erit salsus. ⁊ si nõ trahit ad acredinẽ ⁊ põticitatez. Alia est que est cinis sanguinis ⁊ qd̃ de eo ẽ adustuꝫ ⁊ hec q̃dẽ salsa

